1248 aug. 15. applicavit. Porro + circa finem vite fundamenta nove structure ecclesie S. Petri in Colonia idem Conradus nobilissime inchoavit primum quidem supponens i) propriis manibus lapidem k) fundamento. Cum autem ipse auxiliante domino rebellionem Coloniensium
1261 sept. 28. perdomuisset, obiit in pace in ipsa civitate Coloniensi, ++ sepultus ibidem in ecclesia S. Petri veteri; postmodum ad novam translatus una cum aliis suis antecessoribus, l) qui in antiqua ecclesia m) sepulturam habuerant.

Engelbertus secundus archiepiscopus Coloniensis L II.

Quinquagesimo secundo loco sedit in pontificali officio Coloniensis ecclesie sub Radulpho Romanorum rege annis 14 venerabi-
Hist. imp. Col. lis pater n) Engelbertus II. Hic prius maioris ecclesie prepositus de domo nobilium de Valkenborch o) extitit p) oriundus. +++ Hic post longam vacationem imperii prefatum Radulphum q) ad imperium per
1273 oct. 24. principes electum r) Aquisgrani unxit in regem s) et consecravit. Iste vir bonus, sed in suis actibus, prout plerumque t) de bonis fieri assolet, minime prosperatus, cum ad reprimendas ecclesie iniurias contra adversarios sepius copiosas exercituum acies produxisset, semper tamen fortuna sibi contraria inferior videbatur. Nam per Wilhelmum comitem Iuliacensem in loco, qui ad silvam u)
1267 oct. S. Marie dicitur, inter v) Tulpetum w) et Lechenich commisso bello cum multis de suis x) capitur et in castra Nydeke per y) tres annos cum dimidio in custodia detinetur, sicuti eciam dictus comes antecessorem suum Conradum prius captivaverat, prout in premissis continetur. z) Idem x quoque Engelbertus postquam a

+ codd. 5, 6 et 6': Fundamenta siquidem nove structure ecclesie S. Petri, cuius quidem simile opus in multis regnis non cernitur (invenitur 6), ipse incepit, primum manibus suis ponens lapidem fundamento (primum – fund. dest 6'). ++ add. 5, 6 et 6': ipsa Coloniensi ecclesia in summa pace derelicta (cf. hist. imp. Col.). +++ add. 7: Qui prius fuit comes in Saffenberg (?). x Brevius 5, 6 et 6': Ipse eciam non multo post tempore in aula sua episcopali cum fidelibus suis iura decernens captus per cives in quadam domo cuiusdam civis custodie mancipatur.

i) suppositis codd. k) lapidem deest 4". l) ant. suis 4. 4'. 4". m) antiquam ecclesiam 2. n) pontifex 2. presul 4. 4'. 4". o) Valkenburgh 1. Valkenbarch 2. 3. p) extitit deest 3. q) Radolph. 3. 4. 4'. 4". r) el. per pr. 1. s) Romanorum add. 2. t) plurimumque 3. plurimum 4. 4'. 4". u) sylvam 1. w) Zulpetum 7. v) inter deest 2. x) de suis deest 4. 4'. 4". y) et per 2. z) continentur 4. 4'. 4".